

Johann Daniel Denso


**Cato Scenis Non Agitandvs : Prolvsio Actvs Oratorii, In Evergetarvm Memoriam,
Ad Diem XIX. Octobris MDCCLVIII. Habendi**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1758]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1687612153>


Druck Freier  Zugang





MK-13396. (1)





Inhalt:

- Crudoptus, De laude historiarum. Oratio hab. in schol. Wism. 1624.
Lippius, De .. praceptoris publici conditione. " " " 1677.
Grussenberg. et Eckhorst, Oratio Alexandri Magni ex Curt. 8, 2 diducta. 1692
Reimerus, Primitiae Wism. h. e. orationes II .. 1723.
Schomerus, De varia Augustanae conf. fortuna. 1730.
Nitte, De mentis humanae divinandae facultate. 1744.
Schomerus, De optimo principu. 1744
Rönnberg, Ven. Gedenken von den Ursachen der Elektrizität. 1746.
" , Ausmessung der Faesser. 1747.
Nitte, .. Rom. VIII, 18. 22. 1751.
Denso, De deteriore schol. conditione. 1754.
" , Ankündigung einer feierl. Kundigungs Rede. 1754.
" , Cato scenis non agitandus. 1758.
" , Von den alten Deutschen. 1768.
" , (Carmen involutionis) 1765.
" , (Carmen memor.) 1774.
Einladungsprogramm. 1799.
" 1801. (Groth, Verbindung der Bürger- u. gelehr. Schulen.)
" 1804.
" 1805.
" 1809.
" 1810.
" 1814.
" 1817. (Groth, Luther über Erziehung.)
Crain, Carmen saeculare. 1817.
" 1818 .

Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis

CATO

SCENIS NON AGITANDVS

PROLVVSIO
ACTVS ORATORII,

IN
EVERGETARVM MEMORIAM,


AD DIEM XIX. OCTOBRIS CIOIOCCLVIII.

HABENDI.

SCRIPSIIT

IOANNES DANIEL DENSO


PROFESSOR ET LYCEI RECTOR.




ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS.

91



acta,
ris,
TUS



Praestituendum mihi est ; dum *Catonis* vticensis personam non in scena versari volo ; quae iusta sit vel habilis fabulae tragicæ natura.

Primo omnium tragoedia facinus theatro magnifice ostentat, quod sui magnitudine aut atrocitate ita abripiat in admirationem spectatores, vt, ad humanae mentis audaciam, veluti attoniti, exspectent, quorsum insolentes generi suo ausus euasuri sint denique ? In eum itaque finem summorum virorum personas producit, quos populus, ob honoris maiestatem, consuevit admirari : immo euincire cothurno furas primæ scenæ simplicitas instituit, vt haberet stupida plebs quod in ipsa magnatum statura demiraretur. Hinc indidem lautior scenæ tragicæ adparatus, luxus vestium, ipse sermonis grande sanans tumor.

Deinde id agit tragoedia, vt horum clade, quos beatissimos sibi semper, veluti in fastigio positos, plebs finxerat, misericordiam excitaret. Aut immeritos fati exagitados com-monstrat scena, vt ipsorum miserti cunei, magis ex interitu innocentiae doleant : aut sceleratissimos iusta diuinitatis irâ percul-



perculosos : ita, vt expauescat, quicumque praesens viderit, neque principibus impune fuisse, qui lentam coeli iram ad grauiorem sui vindictam laceffiuerint.

Haec ipsa sunt quae poeticae magister *Aristoteles* vt solida arti tragicae fundamenta substruxit : quibus, ne in vulgari longum faciam, pluribus enarrandis supersedeo. Praecipue quum oderim eruditionis alienae iactantiam testimoniis praese ferre, vbi ipsa rationis suffragia satis loquuntur. Id vero adferri refert, gentiles *Aristotelis* hanc adeo feliciter triuissiviam, vt dum admiratione suspensas tenerent mentes, ita intentas horroris misericordiaeque adfectu percellerent, adeo fractos fuisse animos, adeo tenerascere coepisse, vt *Lucretium* sequar, cum corpore mentem, adeo sanguinem nunc exundasse nunc stagnasse, vt hi linguerentur animo, illae partum immaturum ederent, tantum non omnes maderent lacrumarum imbribus.

Id vt consequatur tragoedia ante omnia sane exempli praestantia efficit. Facinus esto egregie, aut virtutis bonitate aut magnitudine sceleris, excellens, quod ob oculos ponit tragicus ludus. Filios mactare, natam caedere, matrem trucidare, tollere genitorem: haec sunt, quae lugubris graeca scena ostentauit : horum euentibus horrendis monuit, esse diuinam iustitiam, quae in ipsis his terris pro criminis atrocitate fortunae metiatur grauitatem. Iridem amoris insanias *Medea* docebat, vt ab dulci hoc veneno abhorreret iuuentus. E contrario pro patria occidere, deorum metu et sobolis amore non detrectare occumbere, id quam egregium sit, quam carum diis, populus cothurnatus eloquebatur.

Praesertim deorum numen vix ab vlla absuit veterum tragoedia. Iam superum quidam aderat ex machina, qui subveniret innocentiae vel tegeret virtutem, vel praesens scelus vindicaret. Iam furiae agitabant nefarios, et, qui humanitatem



tem exuissent, in perniciem dabant praecipites. Probatum fuit acutissimo iudici *Horatio*, ut interfit Deus nodo dignus vindex. Patet hinc, nihil vulgare aut usu frequens cothurno debere aptari: sed tum personae maiestatem, tum facti insolentiam, id esse, quod spectatores in sui admirationem rapiat, hac abreptos in quoslibet adfectus induat facilius.

Ipsam denique factum eius sit modi par est, ut in virtutibus aut vitiis censeatur excellentissimum: tum, istud ut fugiant, poenae atrocitate territi, tum hoc sequantur, deorum favore, aut ipso virtutis splendore commoti spectatores. Ergo, ubi vitae monitum, aut morum doctrina, aut exempli gravitas non doceat, quorsum isti scenae adparatus, quorsum verborum phalerae, quorsum quaeso Te Lectorem, tanta orationis atque decoris ambitio?

Adde, si pugnat cum religionis institutis, aut vitae civilis quieti aduersetur tragici ludi exemplum: tum omni, credo, prudentum calculo damnabitur. Fac, in gentibus, quibus plurimum deorum cultus erat, poetam produxisse, qui tot imaginum numen contempsisset, tantam numinum turbam vixisset: nonne prohibita fuisset suggestu fabula? nonne, perinde ac *Socrati*, cicuta auctori propinata? finge tibi apud Romanos *Cassios* et *Brutos* in *Caesaris* necem coniuratos, voluisse in scenam proferri, num locum datura fuisset imperantium providentia? Facile erat, sacrosanctum Domini caput vilipendi apud vulgus hominum, neque posthac sine metu ipsum diadema fore.

Dubitari desitum forsitan foret, cur tam pauci apud Romanos fuerint tragici scriptores, si sciremus, lubrica exempla metuisse gentem, in qua plurimi praecipiti admodum consilio ad fortitudinis gloriam grassarentur, et mediocria transsilirent.

Iam ex iis, quae de iusta tragicae fabulae natura praemisimus, facile disputabitur: utrum cothurno apta sit nec ne *Caetoniae* persona? Quis



Quis est, qui obstupescat ad huius viri magnitudinem? quis est, qui heic egregia qui diuina suspiciat? Fateor equidem in primis romani senatus habitum fuisse Catonem, sed infericrem multo Caesare: inde, si quid sentio, scenae honore minorem. Audiamus de utroque *Sallustium*, ante Catonis fatum, quum in Catilinaria causa discessionem facerent sententiarum, egregie differentem: „Caesari et Catoni, ait ille, genus, aetas, eloquentia, prope aequalia fuere. Magnitudo animi par, item gloria: sed alia alii. Caesar beneficiis et munificentia magnus habebatur: integritate vitae Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus: huic seueritas dignitatem addiderat. Caesar dando, subleuando, ignoscendo: Cato nihil largiendo gloriam adeptus. In altero miseris profugium: in altero malis pernicies. Illius facilitas: huius constantia laudabatur. Postremo Caesar in animum induxerat laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus, sua negligere, nihil denegare, quod dono dignum esset, sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, vbi virtus enitescere posset. At Catoni studium modestiae, decoris, sed maxime seueritatis erat. Non diuitiis cum diuite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat. Esse quam videri bonus malebat. Itaque quo minus petebat gloriam, eo magis adsequebatur.“ Boni civis gloriae, et integritatis Catonis laudibus non detractum iuerim: sed quo minus, quam in Caesare, splenderet virtus atque animos hominum perfringeret, eo sane apta minus scenae est persona, in qua placida tranquillaque omnia sunt, neque sui magnitudine, aut aliorum clade, quod clarum maxime vulgo, magnifica atque excelsa. Dabo, quod Cicero pro Milone laudat, omnia constanter atque fortiter dixisse Catonem: sed praestat multitudinis iudicio; cui obsequitur scena; fortissime Caesarem parrauisse.

Neque sane beatissimum aut amplissimum Catonem apud Romanos existimatum fuisse, inde adparet, quod nec largiendo populi



populi fauorem ambierit, neque adfectato vitae splendore sui adquisiuerit admirationem. Poterat, sane bonus ciuis, atque rigidus veteris disciplinae custos haberi, poterat accelerata morte Romanorum postremus dici: numquam tamen is propter vitae amplitudinem percellere cuneos, aut festinati sati atrocitate extra se rapere attonitos poterat. Praecipue, quum Caesaris felicitas, et primorum virorum, Caesaris gratiam sequentium, exempla ipsam Catonis moriendi pertinaciam damnarent.

Quae porro exemplo praestantia inest, siue mortis causam spectemus siue genus ipsum? Moritur, ne Caesaris in se humanitatem experiri cogeretur: mortem sibi consciscit, ne aemuli magnitudinem deditioe sui augeat. Quid in hac obstinatione insoliti, quid egregii? quod aut malum dedoceret, aut mone- ret recti imitationem. In omni partium studio, in omnibus omnium gentium civilibus bellis frequentissimum ego esse credo, ut cum vitae contemptu ferueat aemulationis studium. Quod ad genus mortis attinet, quid in hoc, si gentem Catonis spectes, excelsum erit, quum vel coniugii taedio, vel repulsae dolore, vel morbi grauitate vulgo viuere desinere statueretur? Neque, quod ex moribus latinis quotidianum fere erat, id sce- na romana dignum videri potest.

Quare neque vlla exempli excellentia, neque doctrinae vsus, neque numinis vlla praesentia heic cogitari potest. Ut mirari subeat, si quid inde spectatoribus proficuum moneri posse auctores perhibeant. At, inquit, pulcrum pro liber- tate occumbere, Cato docet. Fateor: Sed amentia est, perire, vbi nec patriae profis, neque tui nece hosti noceatur. Pergent: tyranno non cedere, virtus est. At, prudentiae est, cessisse for- tiori, vbi repugnandi careas viribus, et de victoris clementia, tum tibi tum patriae, bene sperare possis. Dicitur deinceps, quod Valerius Maximus; quae eius circulatoria est facundia, de Catone dixit: „ex fortissimis ipsius vulneribus plus gloriae quam



quam sanguinis manasse. Ipsum constantissime in gladium incumbendo magnum hominibus documentum dedisse, quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quam vita sine dignitate, sed certum erat, clementissimum Caesarem non dignitate prohibiturum fuisse aduersarium, cuius liberis illibatas parentis fortunas, praeter incolumitatem, liberalissime indulgit. In neutro ergo est, quod Catonis exemplum excuset, ne dicam, celebrare aut commendare possit.

Sed grauissimum restat argumentum, quo commoti Catonem e scena exesse iubemus: Scilicet religionis nostrae sanctissimae praecepta, quibus piaculum est, imperare fatis, et, qui folius DEI manu est, extremum diem anticipare velle. Neque nostra morum doctrina cum ferrea Stoa sentit, cui animi laus erat, annos perdere, quos speraueris, et extremae lucis momentum abrumpere, quod ait Lucanus. Ridemus doctores, qui, sapientem neque mali dolore neque sensu voluptatis tangi debere, prae se ferrent, adeo tamen molles, adeo parum sibi constantes, ut neminem dicerent, nisi sua culpa, diu dolere. Quin immo sexcenta sunt testimonia eorum, tum inter graecos tum inter latinos, qui Platoni adstipularentur, cui, in Phaedone, vita vinculorum instar aliquod est habita, quae tua te sponte nec soluere neque ea, effugere deceat. Et apud Curtium Darius alieno magis quam suo scelere perire se velle moribundus edixit.

Interim, dum Cato in scenam prodit non sine pompa: dum coram populo traiectus exspirat, dum plausus poscit, nonne pronum est, ut naturae obliuiscantur imperiti, et praecipiti vitae taedio fugent senectutem quae animantibus nihil optabilius illa dederat? Nec maiori quidquam noxae est, quam, quod doctrina damnaueras, id exemplo ob oculos ponere: quum hi acrius irritent animos, quam potuerant aures. Accedit, quod leges nostrae prohibens seuerè manus a vi sibi ipsi inferenda, immo voluntaria morte digressis sepulcri negent hono-



honorem: quid iam his contrarium magis fingi poterat, quam hominem sceleris damnandum veluti exemplum virtutis excellentisque animi, subselliis, multa verborum ostentatione, magno molimine prostituere?

Immo vero hic magnus Catonis animus a non nullis in dubium vocatur. Si Gallorum Luciano, Fontenellio, credimus, in mortuorum dialogis non magnifice admodum de nece ipse sua fatetur, et desperabundus cunctanter magis quam fortiter sub umbras fugisse narratur: ut neque in hac re sit admodum cur scenae honorem mereatur.

At nolim tamen, his, quae dixi, eorum laudes carpere, qui in Gallis, aut Britannis, aut nobis, scenicum Catonem egregie ornatum dedere. Poterat ad artis regulam, poterat ad eloquentiae praescriptum sibi optime constare fabula, cuius argumentum neque religioni nostrae, neque rei publicae aut legibus aut commodis conueniret. Et dum hoc demonstratum iuerimus, nihil, nisi quod ad fabulae naturam aut materiam faceret, attigimus ab instituto hoc alienum. Faciliorem ergo tractationi qualicumque veniam speramus, quoniam, dum singulorum famae studiose parcimus, eo etiam scenae nostrae cupimus bene, ut ne ea agitet, quae deprauare saeculum, et auditores ad vniuersae damnata illicere possint.

Sed neque ea, de quibus strictim egimus, a nostro huius descriptionis instituto abluere videbantur. Anniversaria nobis munificentia PETERSENII, VELTHVSII, SCHMIDIAEQUE celebranda, et mihi de oratiuncularum argumento dispiciendum venerat. Dum itaque id meditor, quod non delectet tantum Auditores, sed ipsos adeo oratores instrueret atque emendaret pronumerat, ut incideret mihi de Catonis exemplo, perperam maxime aut admirationi, aut doctrinae, aut imitationi, proposito. Incidebat eo facilius, quod alicubi me legere memineram, non incelebrem scholae doctorem suos

B

proferte



proferre voluisse : morientis Catonis laudes et vituperia Vituperia ? inquam, ergo iniuste in scenam producitur.


Ego vero, dum meis dicere praecipio : *de iis, quae priuatim domi suae agat bonus discipulus* : libertissime hac sum occasione usus, qua monerem, dum domi legunt ; dum legunt etiam post necessaria iucundum ; caueant, ne orationis elegantia ducti, in prauorum exemplorum admirationem abripiantur, neque ea laudent, quae per religionem, leges atque ipsam adeo naturam damnantur.



Sed ad enumerandos meos oratores pergo. Ante vero quam horum seriem sisto, rogandi mihi sunt *Patroni, Fautores* atque *Amici*, omnes ac singuli, ea, quam cuiuscumque poscit ordo, munus atque auctoritas, submissione, obseruantia et diligentia : velint gratiose atque benigne,

die XIX. Octobris ad horam III. a meridic,

frequentes adesse, et propensa audientia suum in scholam nostram fauorem testari



P. P.

DIE OCTOBRIIS CIO IOCC LVIII.



Ber-




Verzeichniß der Redner.


1. Stark, Schmid, Parlach, Hase, Sorch und Klevesahl erbitten ein geneigtes Gehör.
2. Gottfried Johan Pfundheller, aus Grevismühlen, handelt von dem nötigen Gebete.
3. Johann August Stark, aus Schwerin, vom Bibellesen.
4. Johann Nicolaus Bandelin, aus Rhen, von der Vorbereitung zur öffentlichen Arbeit.
5. Hermann Dieterich Parlach, aus Wismar, von der nötigen Unterscheidung des Nötigen und Ergötzlichen.
6. Otto Hinrich Meyer, aus Brunshaupt, von Abwartung öffentlicher Stunden.
7. Christian Friederich Sorch, aus Wismar, von der Reinlichkeit und Ordnung.
8. Erich Christian Klevesahl, aus Wismar, von der Wiederholung.
9. Johann Georg Hase, aus Wismar, von fleißigem Verzeichnisse des Merkwürdigen.
10. Christian Friedrich Schmid, aus Damshagen,
und


II. Jo:





11. Johann Willhelm Ehrenfried Schulz, aus Delitsch, feiern das Andenken des wohlseeligen Herrn Joh. Georg Velthusen.
12. Peter Velthusen, aus Wismar,
13. Johann Caspar Velthusen, aus Wismar,
14. Georg Christian Warneke, aus Wendischhof, begehren des wolseel. Herrn Petersen Gedächtnis.
15. Johann Christian Traugott Schulz, aus Delitsch, und
16. Gotthard Jacob Birkenstädt, aus Goldebe, verehren das Andenken der wolseel. Frau Schmidin.
17. Velthusen, der erste, der ältere und jüngere Schulz, und der zweite Velthusen, schliessen mit schuldigem Danke.













perculosos: itaque principum morem sui v

scat, quicumque praesens viderit, nefuisse, qui lentam coeli iram adgressi fuerint.

Haec in arti tragicae longum faciam quum oderint se ferre, ubi adferri referunt viam, ut dum tentas horrores fractos fuisse sequar, cum dante nunc statur immaturum eorum imbribus


poeticae magister Aristoteles ut solida substruxit: quibus, ne in vulgari enarrandis supersedeo. Praecipue alienae iactantiam testimoniis praesuffragia satis loquuntur. Id vero Aristotelis hanc adeo feliciter triuisse e suspensas tenerent mentes, ita indiaeque adfectu percellerent, adeo eo tenerascere coepisse, ut Lucretium mentem, adeo sanguinem nunc exunghi linguerentur animo, illae partum tum non omnes maderent lacruma-

Id ut c praestantia et aut magnitudin gicus ludus. dare, tollere ostentavit: hoc iustitiam, quanae metiatur cebat, ut ab trario pro pa non detrectarum diis, pop

tragoedia ante omnia sane exemplis esto egregie, aut virtutis bonitate excellens, quod ob oculos ponit trare, natam caedere, matrem trucidare, haec sunt, quae lugubris graeca scena us horrendis monuit, esse diuinam terris pro criminis atrocitate fortun. Itidem amoris insanias Medea doneno abhorreret iuuentus. E contrario, deorum metu et sobolis amore, id quam egregium sit, quam caratus eloquebatur.

Praesertim tragoedia. Iam veniret innocens vindicaret.

numen vix ab vlla abfuit veterum quidam aderat ex machina, qui subgeret virtutem, vel praesens scelus vitabant nefarios, et, qui humanitatem-



acta,
ris,
TUS